

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

2. An hæc regula scilicet, In dubio melior est conditio possidentis, non
solum sit vera materia justitiæ, sed etiam in materia aliarum virtutum? Ex
p. 4. tr. 3. r. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

De Conscientia dubia. Resol. II. &c.

23

vt recte docet Valsq. in 1.2. disp. 62. c. 5. & Sanchez in summa tom. 1. lib. 1. c. 10. n. 19. sufficit enim affectus probabiliter dictans, quamvis non sine formidine oppositi, hoc, vel illud honeste agi.

RESOL. II.

An hec regula, scilicet: In dubio melior est conditio possidentis, non solum sit vera in materia iustitiae sed etiam in materia aiarum virtutum? Ex p. 4. tract. 3. Ref. 2.

Sip. hoc in. §. 1. CElebris, & difficilis est ista quæstio, & negativa. Cuiam sententiam docet Valsq. in 1.2. disp. 65. 0.3. & disp. 66. c. 1. Ant. Perez in lauræ Salmantina, certam. 10. schola, n. 132. Salas ex parte tr. 5. disp. unica. 17. n. 162. Turrianus in opus c. Theolog. opus de conscientia dubia, disp. 1. dub. 1. & seq. Azorius 10. 1. 2. & in lib. 2. c. 18. q. 4. & lib. 1. c. 15. q. 2. Comitolus in respond. moral. lib. 2. q. 18. Sayrius in clavi regia lib. 1. c. 13. n. 9. & 36. & alij penes ipsos, quorum sententia fatus probabilis est, vnde mihi displaceat Suar. in 3. part. 10. 5. Quidquid. disp. 40. sect. 5. num. 8. afferens esse falsum, & sine fundamento, possessionem in sola iustitia materia suffragari.

Sed non minus probabilem, affirmatiuam sententiam esse existimo, quam tenuerit ipse Suarez etiam de Relig. 10. 2. lib. 4. de 20. c. 5. n. 7. Sanch. in sum. tom. 1. lib. 1. c. 10. n. 11. Coninch de Sacram. disp. 34. dub. 10. n. 86. Henr. lib. 3. c. 3. in glossa lit. P. Filliocius 10. 2. trah. 21. c. 4. n. 159. Sancius in selectis disp. 42. num. 7. Villalobos in summa tom. 1. tract. 1. diff. 21. nu. 1. vbi sic ait. [En cao] En duda tambien en las de mas materias, fuera de la iusticia, es mejor la condicion del que possee. El fundamento desto es porque la possession es titulo universal para todas las virtudes, a la manera que la obediencia de la ley es universal a todas las virtudes, y assi el que esta en tal duda puede deponerla, y obrar practicamente contra ella.] Sic ille, vnde ex hac opinione benignè in hoc tractata resoluendi sunt multi casus ad alleuandas animas; & præter Doctores citatos tenent etiam hanc opinionem Sandarellus var. resol. tom. 1. q. 4. n. 9. Tannerus tom. 2. disp. 2. 9. 6. dub. 4. n. 47. Malderus in 1. 2. D. Thoma q. 19. art. 5. disp. 87. Merolla tom. 1. disp. 3. c. 3. dub. 2. n. 60. Castrus Palaua tom. 1. disp. 3. punt. 6. n. 1. & alij penes ipsos.

RESOL. III.

An in dubio ruitior pars est eligenda? Et an prædicta regula non præceptum, sed consilium continet? Ex part. 4. tr. 3. Ref. 3.

Sip. hoc in. §. 1. Hec regula habetur in cap. iunenis, de sponsal. & in c. si quis autem disp. 7. de paritate, habetur. Tene certum, & dimittere incertum. Sed Malderus in 1. 2. D. Thoma q. 19. art. 5. disp. 87. Castrus Palaua tom. 1. disp. 3. punt. 6. n. 4. Suar. de censur. disp. 40. sect. 6. n. 9. Merolla tom. 1. disp. 3. c. 3. dub. 2. n. 67. Emanuel Moura onf. 1. de incant. sect. 1. c. 5. n. 2. & alij, afferunt supradictam regulam non præceptum, sed consilium continere. Vvigers. in 2. 2. D. Thoma q. 19. art. 5. dub. 6. n. 55. Naldus in summa ver. dubium n. 39. ex Navarro tenent dictam regulam procedere, quando in iure exprimitur de casu aliquo speciali. Alij vero afferunt, distinguendum esse inter incertitudinem, seu dubium propriæ, & simpliciter practicum, & dubium abstractum, quod etiam speculatum appellatur; nam in illo quisque obligatus est sequi partem tutiorem, veluti si dubito

vtrum mihi hic, & nunc licitum sit instituere contratum cambij, v.g. cor la ricorsa, peccabo nisi abstineam, quia committerem me peccandi periculo. In dubio autem abstracto, & speculativo, v.g. utrum contractus cambij cor la ricorsa secundum se & suapte natura sit iustus, necesse non est sequi partem tutiorem, quia secundo partem minus tutam, tamen probabilem, formare potius conscientiam, siue indicium moraliter certum, licitum esse mihi hic, & nunc operari secundum conscientiam speculativam probabilem, & haec omnia docet Paulus Layman in Theolog. mor. lib. 1. tr. 1. c. 5. §. 2. n. 8. Tannerus 10. 2. disp. 1. q. 6. dub. 4. n. 46. Bocanu 1. 1. 7. 1. c. 4. q. 9. n. 4. & alij communiter, vnde deuenientem est ad decisiones particulares casuum.

RESOL. IV.

Occurrentibus dubiis præceptis, si quis dubitaret, utrum illorum obligaret, eo quod simul impleri non posset, quid facere debeat? Ex p. 4. tr. 3. Ref. 70.

Sup. hoc in. §. 1. Respondeo, considerandam esse utrinque præcepti gravitatem & naturam, & si attentionis omnibus circumstantiis non costringeret magis de obligatione viuus, quam alterius, posse liberè eligi impletioneem eiuslibet illorum, quia cum homo teneatur utrum illorum implere, & nullo modo constet, quod illorum magis obliget, prudentia dicat, honestè posse eligi viuus, vel alterum pro libito. Si vero attentionis omnibus circumstantiis unum credatur aliquo modo magis obligare, quam alterum illud impletendum est, de cuius obligatione magis costringeret. Vbi obiter aduerte primò, licet materia viuus præcepti ex se sit magis gravis, adhuc posse esse obligationem impletendi præceptum magis leue, eo quod illud sit de re, quæ non potest non esse prohibita; ac proinde alterum præceptum de se magis gravis tunc non erit præceptum, nec obligabit, v.g. magis gravis præceptum est succurrendi proximo in extrema necessitate, quam non dicendi leue mendacium; & tamen si haec duo simul concurrent, potius non esset mentendum, licet proximum propterera perficeret, quia mentiri semper est intrinsecum malum. Secundò aduerto interdum posse contingere, reperiiri tam exiguum, excessum inter cognitionem obligationis viuus præcepti, & cognitionem obligationis alterius, vt non sit mortale implere illud, de cuius obligatione magis constat, quia in his est etiam parvitas materia, atque adeò præceptum leue. Nam sicut non seruare ordinem charitatis inter eos, inter quos est leuis excessus, non est mortale, ita in præsentia. Et omnia docet doctes Granado in 1. 2. D. Thoma, controvers. 2. tract. 1. 2. disp. 6. n. 8.

RESOL. V.

Asi quis dubitet in die Iouis canam, si sit transacta media nox, posset adhuc edere carnes? Et quid est contrarium, si hodie sit dies Veneris, aut ieiunii, & dubitetur, an hora duodecima noctis sonuerit, an posset quis comedere carnes? Ex p. 4. tr. 3. Ref. 18.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Villalobos in sum. tom. 1. tract. 1. diff. 2. 1. n. 7. vbi sic ait. [El que duda si son las doxe de la noche, del dia siguiente es dia de ayuno este tal puede comer carne porque duda del precepto, y esta aun en possessionem de su libertad, mas si al contrario es oy dia de ayuno, y se duda se son las doze de la noche ono, no puede cenar, porque esta la possession por el precepto que consta que es oy dia de ayuno, y no se sabe si ha passado o no.] Ita